1845, 9 Gennaio

GREGORIUS PP. XVI.

Dilecte Fili Noster Salutem et Apostolicam Benedictionem. Perhumaniter exceptum iri a Nobis Litteras Tuas jure quidem optimo non dubitasti, cui dubium esse nullum potest quin Te filium observantissimum Nostrique amantissimum praecipua paternaque dilectione prosequamur. Litteras autem eo tempore conscriptas, cum natus Infans factus homo Filius Dei ineffabilis benignitatis et humanitatis erga omnes, exempla monstravit. Sensibus igitur animi Tui ardorem fiduciamque consentire precum ad Thronum gratiae pro Nobis Tuarum minime dubitantes, gratissimam habuimus significationem officii Tui; ac Divinam invicem enixe obsecramus clementiam, ut omnis doni coelestis copia Tibi rependat vicem; ac pignus gratae paternaeque voluntatis Nostrae Apostolicam Benedictionem Tibi, et commisso pastorali studio Tuo gregi peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Januarii MDCCCXLV

Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto

Gaspar Gasparini

Istituto Campana Osimo ®

Dilecto Filio Nostro

Ioanni Tit. SS. Quatuor Coronatorum

Presb. S. R. E. Cardinali Soglia

Episcopo Auximati et Cingulano

Istituto Campana Osimo ®